Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



ysa

visionis scrutans murum et magnificus se monstrat. Et clam sup
set pharetram et aurum suum equitis et parietem nudauit clipeum
Et erunt electe valles tue plene quadrigarum et equites po
nent sedes suas in porta. et reuelabit operimentum iude et videbis
in die illa armamentarium domus saltus et silluam Ciuitatis
dauid videbitis quia multiplicate sunt. Et congregastis aquas piscina
ne inferioris et domos Ierusalem numeraistis. Et destruxistis domos
ad muniendum murum et lacum fecistis inter duos muros et aquam
piscine veteris. et non respexistis ad eum qui fecerat eam et opera
tem eius de longe non vidistis. Et vocauit dominus exercituum in die
illa ad fletum et ad planctum et ad calluitium et ad accingulum sacci
Et ecce gaudium et letitia occidere vitulos et iugulare arietes ad
mandere carnes et bibere vinum. Comedamus et bibamus cras enim
morientur. Et reuelata est in auribus meis vox domini exercituum. Si di
mittetur iniquitas hiis nobis donec moriamini dicit dominus deus exercituum
hec dicit dominus deus exercituum. Vade ingredere ad eum qui est in
tabinaculo ad Sobnam principem templi et dicas ad eum. Quid tibi hic aut
quasi quis hic. quia excidisti tibi hic sepulcrum et excidisti in ex
celso memoriale. Diligenter in petra tabinaculum tuum ecce dominus
asportat te fortiter sicut asportat gallus. gallinaceus. et qui a
mictum sic sublenabit te. Coronans coronabit te ebulacere qui
pila mittat te in terram latam et spaciosam. Ibi morieris et ibi erit
currus gloriae tue. Ignominia domus tue domini tui et expel
lam te de statione tua. et de ministerio tuo deponam te. et eriet in die
illa vocabo seruum meum Eliachim filium Elchie et induam illum
tunica tua et cingulo tuo confortabo eum et potestatem tuam dabo in
manus eius. Et erit qui pater habitabit Ierusalem et domui iuda
Et dabo clauem domus dauid super humerum eius et aperiet et
non erit qui claudat. claudet. et non erit qui aperiat. Et figam
illum paxillum in loco fideli. et erit in solium glorie domui patris
sui Et suspendent super eum omnem gloriam domus patris sui vasorum
diuersi generis omne vas paruulum a vasis crateriis usque ad
omne vas musicorum. In die illa dicit dominus deus exercituum
Auferetur paxillus qui fixus fuerat in loco fideli et frangetur
et cadet. et peribit quod pependerat in eo quia dominus locutus est